

1231.

[m. 3.]

Consimiles literas habent subscripti de terra ducis Lotaringie:—

Ernaldus burgensis de Aunvers.

Johannes Gaiser,

Willelmus Grip,

Hugo Vos,

Baldewinus filius Wondradis.

Wellinus de Whighele de Aunvers.

Ernaldus Snellard de Aunvers.

Radeward filius Nicholai de Aunvers.

Willelmus Blundus de Aunvers.

Georgius filius Baldewini de Aunvers.

Alanus filius Honulf de Aunvers.

Johannes filius Nicholai.

Simon Bene.

*De terris que fuerunt comitis Marescalli et W. de Braosa.*—Dominus rex misit Johannem de Monemue et Waltherum de Clifford ad fidelitatem recipiendam de hominibus qui tenuerunt de comite Marescallo, et ad salvam custodiam apponendam una cum Willelmo de Cristescherch castris que fuerunt ipsius comitis, videlicet, Estriguil, Uske, Kaerlyon, Trillegh, et ad partes illas assecurandas; et similiter ad capiendum in manum domini regis terras que fuerunt Willelmi de Breosa, que fuerunt in custodia ipsius comitis, et ad salvam custodiam adhibendam una cum predicto Willelmo castris que fuerunt ipsius Willelmi, videlicet, Breghenno, Bergeveny, Huntedon, Radenour, et partes illas assecurandas; et ad fidelitatem similiter capiendam de hominibus qui de eodem Willelmo tenuerunt. Et mandatum est predicto Willelmo de Cristescherch quod ipsos Johannem et Waltherum ad premissa admittens, consilium et auxilium ita diligens et efficax ad ea supplenda eis curet impendere. Teste ut supra.

Et mandatum est militibus, libere tenentibus et omnibus aliis tenentibus de terris que fuerunt dicti comitis, quod predictis Johanni et Waltero, quos dominus rex ad eos mittit ad fidelitatem suam loco domini regis recipiendam coram predicto Willelmo de Cristescherch, de tenementis que tenuerunt de eodem comite qui nuper obiit, et ad partes illas assecurandas, et ad salvam custodiam apponendam castris que fuerunt ejusdem comitis, sint intendentes et respondentes. Teste ut supra.

Simili modo mandatum est militibus et libere tenentibus et omnibus aliis qui tenuerunt de Willelmo de Breosa, et que fuerunt in custodia predicti comitis.

*De quietantia assisarum.*—Rex omnibus etc. salutem. Sciatis nos pro nobis et heredibus nostris concessisse Reginaldo de Colewik quod (*sic*) tota vita sua hanc libertatem, videlicet, quod non ponatur in assisis, juratis vel recognitionibus. In cujus etc. Teste rege, apud Westmonasterium, ix die Aprilis, anno ut supra.

Consimiles literas habet Johannes de Chavigny.